

998 Mr. Singleton has in his garden at Elsdon a funereal altar, 5 feet high and 11 inches broad, which he procured from Risingham, and which the parish clerk of Corsenside showed to Mr. Walter C. Trevelyan and myself, in the beginning of 1825, in the back of a hedge, near a spring, and close to the east side of Watling street, where that ancient way is crossed by a bridle road HODGS. Now in the garden of Spencer W. Trevelyan, Esq., of Long Witton, BRUCE ED. II. Postea pervenit ad Alnwick Castle, ubi servatur (BRUCE ED. III). Est ara rudis litteris non bonis.

SOMNIO PRAE
MONITVS
MILES HANC
PONERE IVS
5 SIT
ARAM QVAE
FABIO NVP
TA EST NYM
PHIS VENE
10 RANDIS

Contuli. Hodgson 2, 1 p. 91 et 177; Bruce wall p. 402 (Wright the Celt p. 273); Macaulay proceedings of the soc. of antiquaries ser. II 3, 1865 p. 110.

Somnio praemonitus miles hanc ponere iussit

Aram quae Fabio nupta est Nymphis venerandis.

Bruce ita explicat: miles, somnio praemonitus, hanc aram Nymphis venerandis ponere iussit (eam), quae Fabio nupta est (sive uxorem Fabii). Macaulay duas sententias esse voluit: miles somnio praemonitus hanc aram ponere iussit. (Illa) quae Fabio nupta est Nymphis venerandis (posuit); vix probabiliter. Quod alter somnio praemonetur, altera aram ponit non offendit; sed fortasse poeta rudis haec voluit: (Fabius) miles somnio praemonitus est (ut aram Nymphis poneret); (ideo) hanc aram ponere iussit uxor eius (quae Fabio nupta est) Nymphis venerandis (ne numen earum irascetur). Videtur enim titulus omnino plenus esse neque facile in altera ara carmen continuari putaverim. Sed deest ipsius dedicationis fortasse titulus, qui nomina plena referebat. Omisisse poetam metri vinculis impeditum vocabulum quod est eam ante verba quae Fabio nupta est etiam Mommsenus existimat; ceterum omnia recte procedere ubi sic explices: miles Fabii uxorem aram hanc Nymphisponere iussit. Ipsum autem militem Fabium vocatum esse inde non recte colligi.

About half a mile north from Risingham, close by Watlingstreet and the high way (which is near to or upon it), lies an altar much of the same size and shape with that at Risingham [supra n. 985]. It has a praeficulum and a patera on one side, and a garland on the other. There has no doubt been an inscription upon it, tho' now not the least sign of a letter appears.

Horsley p. 240 qui quamvis dubitanter coniecit aram eam non diversam esse a titulo Bremeniensi n. 1057; sed obstat loci diversitas.

1001 Risingham; this inscription was worth the sight for fyne and cunning workmanship; Numinus (scilicet Mars Victor) was engraven in stone in his cote armure with his sheild and target, an heron and libard head (sic) BAINBR. s. ANON. Tabula longa affabre insculpta reliquas operis elegantia longe praecellens CAMD. At Conington, placed above the summerhouse door HORSLE. Postea pervenit Cantabrigiam in collegium Trinitatis, ubi servatur. Tabula lapidea longa ped. 4 dig. 8, alta ped. 3. Titulus intra sertum octagonum, quod ex variarum arborum foliis compositum est, pertinebat fortasse ad portam occidentalem (BRUCE).

In aedicula

arcuata:

Victoria persona
alata eiri
globo in-
sistens p.
dextro, d.
sertum, l.
palmam
tenens

infra:

piscis, ciconia

♁

N V M I N I B

♁ A V G V S T O R

COH · III · GAL

♁ E Q ♁

♁ F E C ♁

In aedicula

arcuata:

Mars
Victor
stans
galeatus,
d. hastam,
s. scutum
tenens

infra:

grus, amphora
(gallus? CAMD.)

999 Inter Risinghamenses. Videtur periisse.

DEAE TER
TIANAE SA
CRVM AEL
TIMOTHEA ... P
5 V S L L M

Camden ed. VI (1607) p. 662 (inde Horsley p. 235; Goughs Camden 3 p. 506; Hodgson 2, 1 p. 178) cui descripsit Cotton.

4 TIMOTHEA·P correxit Horsley, ut sit p(osuit) v(oto) s(oluta) cet. Fortasse quae P littera Cottoni visa est, foliolum tantum erat hederaceum; vix enim quidquam quod eo loco apte suppleatur in promptu est. Sed cf. n. 981.

1000 From Risingham. Servatur in Newcastle in museo dono Guilelmi Shanks; est basis quadrata superne fracta, litteris bonis.

PRO SALVTE
ARR ♁ PAVENI
THEODOTVS
L I P

Contuli. Bruce catal. p. 14, 30. 4 L I P Bruce. . . . pro salute Arr(ii) Paulini Theodotus lib(ertus)

Contuli. Bainbrigg aut Anonymus (nam incertus haesi cuinam scripturam tribuerem) cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 309 (Grut. 1179, 2 'a Cottone'); Camden ed. VI (1607) p. 664; Warburton map of Northumberland; Horsley p. 237 Northumb. 88 cf. praef. p. XV (inde Warburton vallum p. 140, 88; Goughs Camden 3 p. 506 tab. 33 fig. 16; Hodgson 2, 1 p. 178; Newton p. 113, 70 a); Stukeley itin. curios. 2 tab. 68 2 b; Carter ancient architect. p. 12 tab. 11 fig. k; antiquarian itinerary 1, 1815 tab. 1; Bruce archaeol. journ. 12, 1855 p. 219; wall p. 233.

Lectio omnino certa est.